

tionibus de Senatusconsulto Velleiano in Germania exule, et frustra etiam illum Illustri Heineccio in Elementis Juris Germanici Tom. I. Lib. II. Tit. XVI. §. 465. pag. 711. propterea collaudante.

§. V.

Equidem illorum ipsorum excellentium virorum caeteras virtutes rerumque scientiam grauisissimarum, dum hoc loco non iis adstipulor, nihilominus intelligo, atque in illorum fama, laudatione, insignibusque ornamentis hæreo prorsus. Attamen si ea est litterata respublica, vt etiam illis, qui non nisi mediocre aliquid gignere possunt, haud sit succensendum, vbi non aspere, non arroganter, non sordide aut quoquo animi vitio secus, atque alii, dixerint sententiam, neque ego quidem isthac videor mihi prohibendus esse sentiendi libertate. Et existimauerim vero non vanus, Senatus consultum Velleianum a Dn. Ludwigio in Dissertatione de SC. Velleian. in Germ. exule II. Differ. II. p. 13. sequ. perperam in exilium fuisse datum, saltem quantum ad Holsatos attinet itemque Lubecenses. Vt de illis aliter atque Illustri viro mihi videatur, praeter quotidianam praxin ipsa Ordinationis Prouincialis Slesuico Holsaticae verba, quae extant eius P. IV. tit. V. §. 10. suadent: Der adelichen Frauen und Jungfrauen renunciation SCti Velleiani ist im Schleswigischen Gericht, wenn gleich dieselbe cum iuramento oder an Eidesstatt nicht geschehen, kräftig und bündig, massen auch solche renunciationes, bevorab wenn sich Frauen und Jungfrauen bey adelichen Ehren und an Eidesstatt verschrieben, und, daß sie selbiges beneficii und daher competirender Wolthat certioriret, in der ausgegebenen obligation mit Hand und Siegel bekennen und bekräftigen, im Hollsteinischen Gericht gültig geachtet und denselben beständig nachgelebet werden soll. Itaque haec confirmant, apud Holsatos Senatusconsulti Velleiani fatum haud esse tam

Lubecenses et Holsati locum et laetia dant SC. Velleiano. Confutantur Ludwigijs et Heineccius.